

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

De pauore tristitiaque christi in monte oliueti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

cia conferebat, quos licet arctius ipse amaret, ab eis tamen erga se amoris non ignorabat defectionem. Sciebat enim ab uno suorum se tradi in mortem, alio negari, ab omnibus fugientibus se relinqui. Et iij potissime erant sui, quos amabat. De ijs in sequentibus vbi data fuerit occasio, loquemur. Ceterum quia dixi, Dominum non solum in Apostolos haec beneficia contulisse, sed etiam alios quoque sacerdotes & animarum pastores: pensamus clericorum, sacerdotum, nostram, totiusque mundi ingratitudinem? pensamus in quam peccatum enormitatem indignè celebrantium, impure communicantium, quorum peccatis tanto magis offenditur Deus, quanto majoribus illos dominus non norauit. Horum tamen vel infirmitas, vel ingratitudo, aut impietas non pertinet charitatis huius obturare scaturiginem, quin totum se in nostram uitatem nobis profunderet. Heu proh dolor, videamus haec tempora, quoth reses, quot perfidiae, quot contemptus, quot deniq; irrisiones nimium blasphemae huic sunt reverendissimo Sacramento, quam indignè etiam multim ab dignis multis sumuntur, quam irreuerenter tractatur. Quæ omnia tum quod hoc instituebat Sacramentum, Christus prævidit: non tamen (vt dixi) lectos suos propterea tanto charitatis suæ beneficio destituit.

Præcatio præparatiua ad Eucharistiam sumendam.

**D**omine noster Iesu Christe, fac nos mundo humiliq; corde, amore fernemis deuotione casta & reverentia ad hoc Sacramentum accedere, eiusq; reufructum in vitam aeternam, qui sis perpetuo ab omnibus benedictus.

DE PAVORE TRISTITIAQUE CHRISTI IN  
monte Olimeti. Theorema V.

ARGUMENTVM.

**D**ominus qui tristibus dat omnibus consolationem, multitudinibus securitatem, qui tædio quoque deficiente confortans erigit, hic vltro in pauorem tediumque additus, timet: & tristatur usq; ad mortem.

**I**ESUS CUR TRISTITIA ADFFECTUS SIT VSQ;  
ad mortem, quo item sui in omnibus afflictionibus conuolare  
debeant. Concio V.

**A**rgumentum hoc tres in se articulos habet, & tres pateret sermonem. Verum quia in materia sunt coniuncti, simul omnes in unum sermonem coarctabimus, ita tamen, ut singulatim singuli explanentur. Continet enim argumentum hoc, ut dixi, haec tria: Securitas sibi metuit, Longanimitas tedium passa est, Lætitia conturbatur seu tristis fuit. Hi tres articuli sunt, quorum cuius duas habet partes, hoc est, quilibet suum habet conpositum obiectum. Quamobrem ut singuli excutiantur oportet. Primum articulus, Securitas sibi metuit. Cunctis est mortalibus manifestum, vii cunq; fuissent homines, qui mortis essent periculo expositi, calamitatibus & obruti, inter irruentes timores animiq; fluctuationes, id ynicum illis semper remaneat.

Securitas  
sibi metuit.